
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01074652 7


A A
2

IN OPERA OMNIA

S. BONAVENTURÆ

QUATUORDECIM TOMIS HUCUSQUE INSERTA

INDICES QUINQUE GENERALES

A R. D. ADOLPHO CAROLO PELTIER

REMENSIS, NECNON ET SAN DIONYSIANÆ ECCLESIÆ CANONICO

INTEGRE COMPOSITI ET ORDINE DIGESTI

TOMUS DECIMUS QUINTUS



PARISIIS

LUDOVICUS VIVÈS, BIBLIOPOLA EDITOR

VIA DELAMBRE, 9

—

M DCCC LXXI

PRÆFATIO

Quantæ sint utilitatis Indices, quorum ope summatim, et uno quasi aspectu complecti detur omnia, quæ per infinitas numero paginas dispersa jacent, nemo est qui nesciat. Si enim jam a diebus Salomonis *faciendi plures libros nullus finis* fuerit, forsan nec legendi, quanto minus post tot nova sæcula, ac præsertim novissima quatuor, quibus typographiæ usus invaluit, tot doctorum virorum amplissima scripta quisquam vel prælibare posset absque indicum, vel synopseon saltem compendio! Et hæc erit, ut opinor, Collectionum, quas nunquam satis laudando studio promovet Ludovicus Vivès, præcipua laus, nec parvi quidem facienda, quod singulæ pro complemento habeant panoratica illa, ut ita dicam, instrumenta, quæ si deessent, deesset quoque quantumvis præstantibus viris facultas pro nostra præsertim electrica ætate, in qua, velut in speculo acroamatico, recapitulantur ad ictum oculi ætates cæteræ omnes, novos in stadio litterarum tentandi progressus.

Hanc igitur necessitatem cum quisque apprime norit, lugendum profecto erat quod Bonaventurianorum Operum collectioni ad unam synopsim redigendæ nemo ad nostra usque tempora navasse videretur operam : tali enim complemento caruerunt, ni fallor, editiones omnes tum Romæ, tum Venetiis, tum alibivis terrarum confectæ; Lugdunum si modo exceperis, ubi *anno* 1681, *apud Anissonios, et Joan. Posuel, cum approbatione Superiorum,* prodiit *admodum R. P. BARTHOLOMÆI de BARBERIIS a CASTRO-VETRO, provinciæ Capuccinorum Lombardiæ Definitoris, et S. Theologiæ Lectoris, TABULA seu INDEX GENERALIS in omnia Opera S. BONAVENTURÆ, in quo alphabetico ordine compendiose proponuntur omnia verba, sententiæ, et conclusiones quæ continentur in ejusdem Seraphici Doctoris operibus, ea serie dispositus, ut omnibus editionibus hucusque impressis usui esse possit,* in fol. pergam. 749 p.

Sed adeo pretiosi libri perpauca nunc exstant exemplaria, nec sine miro divinæ Providentiæ beneficio unum dumtaxat, ab ipso librario venditore dictum *introuvable,* invenire mihi tandem contigit. Necesse ergo prorsus fuit tam industrie confectum Opus, tam mirabiliter ab excidio præservatum denuo, paucis mutatis, et ut videtur, in melius edere : quod equidem præstare studui per Indicem generalem, in præsenti volumine, quarto loco positum, qui licet contentus 612 paginis in 4°, vel quo verius dicam, in 8° grandiori, amplissime tamen exhibet omnia, nostræ scilicet editioni specialiter adaptata, quæ in tomo illo in fol. 749 paginarum ad usum omnium editionum habentur.

Idem quoque Bartholomæus de Barberiis alterum volumen, vel etiam fortasse alia duo condiderat de glossis « in utriusque Testamenti textus, qui in diversis Doctoris Seraphici tractatibus inveniuntur expositi, et quidem de more ipsius sublimissime, et piissime. » Sed istum alterum tomum, vel si libet, alios duos, reperire nusquam fas mihi fuit; et ob id coactus sum Indicem integrum locorum S. Scripturæ pro meo modulo supplere, quem tertio loco in hoc volumine ponendum censui. Idem a fortiori dixerim de reliquis tribus indiculis, nempe de primo, secundo et quinto, qui nostræ dumtaxat editioni, ut satis patet, aptari queunt.

Pro coronide hujus præfatiunculæ liceat, quæso, iisdem uti verbis, quibus ipse Bartholomæus de Barberiis in sua Præfatione ad Lectorem : « Me quidem non latet non defuturos, qui meo labori, uti supervacaneo detrahant; quæcumque enim mortales peragunt, hæc omnia calumniis subjacere compertum est, quando nec divinis operibus maledica lingua parcit, tantum sibi humanus arrogat intellectus. Verum si nemo sanæ mentis compos damnat Petrum Bergomensem Ordinis Sacri Prædicatorum, qui in tabula vere aurea Divi Thomæ constituenda acerrime desudarit, ecquisnam adeo desipiet, ut hoc meum non illaboratum, ne dicam elaboratum Opusculum asserat supervacaneum, quando tales Indices studiosos nunquam non viros plurimis commodis affecisse probantur? Sed detrahat qui vult labori nostro : ego enim nonnisi volentibus hæc trado legenda.

» Fruere ergo, tu optime Lector, tam necessariis, simulque, ut verum fatear, operosissimis laboribus, si modo non summis labiis doctrinæ seraphicæ spiritum haurire cupis, qui fiat tibi fons aquæ salientis in vitam æternam. »

SUMMA INDICUM GENERALIUM


SANCTI BONAVENTURÆ

OPERUM OMNIUM

INDEX PRIMUS GENERALIS

SCILICET

OPERUM ET OPUSCULORUM HUJUS EDITIONIS SERIES CUM CÆTERIS HAUD NIMIE ANTIQUIS COLLATÆ



N. B. — Litteræ P, R et V, numeris paginarum identidem appositæ, ubi supinæ apparent, ut ᓀ, ᴚ, >, designant opus pro incerto habitum, sive in Prodromo (P) vel editione nostra, sive in Romana (R) vel Lugdunensi, sive in Veneta (V) novissima editione; si autem pronæ jaceant, ut ᴝ, opus partim genuinum, partim dubium vel incertum; si vero sursum deorsum ponantur, ut d, ꓤ, Λ, opus supposititium, Editorum ad quos referuntur judicio; ubi demum nullatenus affiguntur, opus genuinum censeri debet.

(1) Lugdunensis editionis tomorum series, ab initio ad finem, eadem numerice est ac Vaticanæ seu Romanæ.

Operum series.	Editionis nostræ.		Romanæ.		Lugdunensis.	Venetæ novissimæ,	
Expositio in Psalterium.	IX,	154-578	I,	(arg. 76, demp. sum.) 90-308	72-293	VIII,	153-618
Altera in Psalmum CXVIII.		317-545		163-293	153-279		323-586
Expositio in Ecclesiasten.		579-684		309-357	294-340	IX,	148-243
Expositio in librum Sapientiæ.	X,	1-137		358-427	241-341	V,	801-934
Expositio in Lamentationes Jeremiæ prophetæ. .		138-206		(arg. 427) 428-463	408-441		935-1002
Expositio in caput VI Evangelii S. Matthæi. . .		207-210	II,	1-2	1-2	VI, p. I,	69-72
Expositio in Evangelium S. Lucæ, cap. I-XIV. .		211-627		3-198	3-185		73-472
cap. XV-XXIV.	XI,	1-239		198-310	185-290		473-700
Expositio in Evangelium S. Joannis.		240-529		311-466	293-436	part. II,	9-308
Collationes prædicabiles ex toto S. Joannis Evang.		530-608		467-504	437-476		309-391
Itinerarium mentis in Deum.	XII,	1-21	VII,	134-144	125-184	V,	338-358
Incendium amoris.		22-37		197-204	184-191		359-374
Amatorium.		38-66		250-263	234-246		774-800
Lignum vitæ.		67-84	VI,	421-429	402-411		393-410
Soliloquium.		85-131	VII,	113-134	105-125		411-452
De sex Alis Seraphim.		132-157		89-101	83-94		453-477
De pugna spirituali contra septem vitia capitalia.		158-164		27-30	26-29	VI, part. I,	21-27
Collatio de contemptu sæculi		165-168		102-103	95-96		28-31
Exercitia quædam spiritualia.		169-170		105-106	98		32-34
Fascicularius de exercitiis spiritualibus. . . .		171-179		106-111	99-103		35-44
De regimine animæ ad Blancham reginam. . .		180-182		18-20	17-19		65-68
De septem gradibus Contemplationis.		183-186		104-105	96-98	XII,	204-207
Formula aurea de gradibus Virtutum, ...		187-201		20-26	19-26		208-222
Epistola continens viginti quinque Memorialia. .		202-208		15-18	14-17	VI, part. II,	1-8
De perfectione vitæ ad Sorores.		209-227		670-679	631-639	V,	375-392
Sermones de decem Præceptis.		228-256		1-14	1-14	XI,	317-343
Expositio Missæ.		257-277		78-88	73-82	IX,	128-147
De Præparatione ad Missam.		278-287		70-75	66-71	VI, part. I,	49-59
De Instructione Sacerdotis ad celebrandam Missam.		288-291		75-77	71-73		60-64
De Institutione Novitiorum.		292-312		652-662	613-623	XIII,	183-203
Regula Novitiorum.		313-325		662-668	623-629		204-215
Brevis et utilis Doctrina Juvenum.		326		668	629		215-216
De Profectu Religiosorum.		327-442		595-651	557-612		73-182
Speculum Disciplinæ ad Novitios.		443-497		568-595	532-557		21-72
Remedium defectuum Religiosi.		498-500		669-670	629-630		217-219
Alphabetum Religiosorum incipientium. . . .		501		565	529		15 (1)
Alphabetum Religiosorum.		502-503		564	528-529		13-14
De sex Alis Cherubim.		504-508		684-687	643-646	XII,	93-98
Meditationes vitæ Christi.		509-630	VI,	349-419	333-401		379-526
Stimulus amoris.		631-703	VII,	205-250	192-234		1-92
Sermones de Tempore.	XIII,	1-492	III,	1-235	1-221	X,	1-468
Sermones de Sanctis totius anni		493-636		237-322	222-302	XI,	1-161
Sermones de Sanctis in communi.	XIV,	1-138		323-406	303-380		162-316
De quinque festivitatibus pueri Jesu.		139-150	VI,	430-436	411-417	XIII,	1-12
Passio Christi breviter collecta		151-154	VII,	111-112	103-104	VI, part. I,	45-48
De Passione Dominica Officium.		155-161	VI,	436-439	417-420	XIII,	220-225
Philomela.		162-166		445-447	424-427		338-343
Opus Contemplationis.		167-171		440-442	420-423		329-334
Laudismus de sancta Cruce.		172-174		443-444	423-424		335-337
De septem verbis Domini in Cruce.		175-178		448-449	427-428		344-347
Corona B. Mariæ Virginis.		179-180		488-489	465-466		348-349
Laus beatæ Virginis Mariæ.		181-188		491-496	468-473		353-361
Psalterium minus B. Mariæ Virginis.		189-195		497-501	473-478		362-368

(1) De hoc nihil habetur in Diatriba Venetorum Editorum.

Operum series.	Editionis nostræ.	Romanæ.	Lugdunensis.	Venetæ novissimæ.
Carmina super canticum Salve Regina	XIV, 196-198	VI, 489-490	466-467	XIII, 350-352
Psalterium majus B. Mariæ Virginis (cum Canticis et Litania)	199-225	502-517	478-492	232-260
Officium de Compassione B. Mariæ Virginis. . .	226-231	485-488	462-465	226-231
Speculum B. Mariæ Virginis.	232-292	450-485	428-462	261-328
Legenda S. Francisci.	293-363	VII, 295-331	274-308	V, 478-548
De paupertate Christi contra mag. Guilelmum. .	364-409	387-409	358-379	549-592
Apologia Pauperum.	410-520	411-468	381-432	593-699
Libellus apologeticus in eos qui Ordini Fr. Min. adversantur.	521-542	373-383	346-356	700-720
Quare Fratres Min. prædicent et confessiones audiant.	543-555	366-372	339-345	721-733
Expositio in Regulam Fratrum Minorum. . . .	556-599	331-354	308-328	VI, p. II, 392-434
Determinationes Quæstionum circa Regulam S. Francisci.	600-621	354-365	329-339	V, 745-767
De eo quod Christus, et Apostoli, et Discipuli ejus discalceati incesserunt, sive de Sandaliis Apostolorum.	622-626	409-411	379-381	740-744
De tribus Quæstionibus ad Magistrum innominatum.	627-632	384-386	356-358	VII, 734-739
Ad Ministros Provinciales et Custodes de reformandis Fratribus sui Ordinis Epistola. . . .	633-635	467-468	433	V, 768-770
Ad quemdam Provincialem Ministrum Epistola. .	636-637	466-467	432-433	771-772
Ad Abbatem B. Mariæ Blesensis Epistola. . . .	638	Vacat.	Vacat.	773
Ad Fratrem Laurentium, in administratione Tusciæ Visitatorem Pauperum Dominarum Epistola.	639-640	Vacat.	Vacat.	Vacat.
Ad Fratres Tolosates Collationes octo.	641-645	565-567	529-532	XIII, 16-20

FINIS INDICIS PRIMI GENERALIS.

INDEX SECUNDUS GENERALIS

TITULORUM SINGULIS

QUÆ IN HAC EDITIONE CONTINENTUR OPERIBUS SIVE OPUSCULIS PROPRIORUM

INDEX ALPHABETICUS

A

B

C

D

E

FINIS INDICIS SECUNDI GENERALIS.

INDEX TERTIUS GENERALIS

SCILICET

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ IN BONAVENTURIANIS OPERIBUS

EXPLANATORUM

EX LIBRO GENESIS

(1) Littera *a*, numeris paginarum apposita, designat paginæ, de qua agitur, columnam priorem; littera vero *b*, columnam alteram.

EX LIBRO EXODI

EX LIBRO LEVITICI

EX LIBRO NUMERORUM

EX LIBRO DEUTERONOMII

EX LIBRO JOSUE

EX LIBRO JUDICUM

EX LIBRO RUTH

EX LIBRO PRIMO REGUM

EX SECUNDO REGUM

EX TERTIO REGUM

EX QUARTO REGUM

EX PRIMO PARALIPOMENON

EX SECUNDO PARALIPOMENON

EX LIBRO PRIMO ESDRÆ

EX SECUNDO ESDRÆ

EX LIBRO TOBIÆ

EX LIBRO JUDITH

EX LIBRO ESTHER

EX LIBRO JOB

EX LIBRO PSALMORUM

EX LIBRO PROVERBIORUM.

EX LIBRO ECCLESIASTÆ

EX CANTICO CANTICORUM

EX LIBRO SAPIENTIÆ

EX LIBRO ECCLESIASTICI

EX LIBRO ISAIÆ

EX LIBRO JEREMIÆ

EX LAMENTATIONIBUS, SEU THRENIS JEREMIÆ

EX BARUCH

EX LIBRO EZECHIELIS

EX LIBRO DANIELIS

EX LIBRO OSEE

EX LIBRO JOELIS

EX LIBRO AMOS

EX LIBRO ABDIÆ

EX LIBRO JONÆ

EX LIBRO MICHÆÆ

EX LIBRO NAHUM

EX LIBRO HABACUC

EX LIBRO SOPHONIÆ

EX LIBRO AGGÆI

EX LIBRO ZACHARIÆ

EX LIBRO MALACHIÆ

EX LIBRO PRIMO MACHABÆORUM

EX SECUNDO MACHABÆORUM

EX EVANGELIO MATTHÆI

EX EVANGELIO MARCI

EX EVANGELIO LUCÆ

EX EVANGELIO JOANNIS

EX ACTIBUS APOSTOLORUM

EX EPISTOLA AD ROMANOS

EX EPISTOLA PRIMA AD CORINTHIOS

EX EPISTOLA SECUNDA AD CORINTHIOS

EX EPISTOLA AD GALATAS

EX EPISTOLA AD EPHESIOS

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES

EX EPISTOLA PRIMA AD THESSALONICENSES

EX EPISTOLA SECUNDA AD THESSALONICENSES

EX EPISTOLA PRIMA AD TIMOTHEUM

EX EPISTOLA SECUNDA AD TIMOTHEUM

EX EPISTOLA AD TITUM

EX EPISTOLA AD PHILEMONEM

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS

EX EPISTOLA JACOBI

EX EPISTOLA PRIMA PETRI

EX EPISTOLA SECUNDA PETRI

EX PRIMA JOANNIS

EX SECUNDA JOANNIS

EX TERTIA JOANNIS

EX EPISTOLA JUDÆ

EX APOCALYPSI JOANNIS

FINIS INDICIS TERTII GENERALIS.

INDEX QUARTUS GENERALIS

SEU

TABULA

IN QUA ALPHABETICO ORDINE COMPENDIOSE PROPONUNTUR OMNIA VERBA, SENTENTIÆ ET CONCLUSIONES QUÆ CONTINENTUR IN HUCUSQUE EDITIS TANQUAM SERAPHICI DOCTORIS OPERIBUS.

N. B. — 1. Abbreviatio *sc.*, quam subinde reperies, legatur eodem modo, ac si integre scriptum fuerit *scilicet*.
2. Tractus —, præpositus sententiæ cuipiam, vocem suppleat in capite seu titulo particulari positam.

223. Quomodo anima cognoscat Deum et virtutes in ipsa veritate vel per suam essentiam : I, 290 *a*; III, 42 *a*.

224. Animæ fiunt revelationes in somnis, magis quam in vigilia : III, 232 *ab*.

225. Anima quomodo cognoscat seipsam : IV, 299 *ab*.

226. Anima beata, videndo Deum, cognoscit illum quodammodo positive, et quodammodo privative : IV, 303 *b*.

227. — videndo Deum, passive se habet, potius quam active : IV, 306 *b*-307 *a*.

228. Animæ portio superior quomodo ad superiora et inferiora convertatur : IV, 361 *a*; V, 112 *b*, 113 *a*.

229. Anima non potest esse recta, nisi intellectus ejus summæ veritati propter se et super omnia assentiat : IV, 484 *a*.

230. Anima nata est se ipsam cognoscere et diligere, et sui meminisse, etsi non actu, saltem habitu : IV, 628 *a*.

231. — habet lumen naturæ insitum, per quod semiplene habilis est ad cognoscenda principia : IX, 43 *a*. *Ita intelligendus est locus ille, nam* : Principia cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus : *ibid.*, et XII, *a-b*. *Ergo principia ignoramus, in quantum terminos ignoramus.*

232. Quo sensu dicatur tabula rasa : III, 534 *b*, 537 *b*; VI, 571 *b*; VII, 571 *b*.

233. — acquirit intellectum partim adjuta a lumine interiori, partim a lumine exteriori, seu experientiæ, partim a lumine superiori seu divino : *ibid.*

234. Animæ visiones et raptus quibus modis fiant : IX, 47 *b*-49 *b*.

235. Anima primo videt se, et postmodum alia : IX, 59 *a*.

236. — non potest pervenire ad divinum contuitum, nisi sit purgata per exercitium virtutum : IX, 61 *a*; XII, 13 *a*, 14 *a*, 16 *a*; XIII, 234 *ab*.

237. — quomodo naturaliter cognoscat motum et influentiam intelligentiarum : IX, 59 *b*.

238. — potest naturaliter cognoscere primam causam ex consideratione primo sui ipsius, tum cæterarum creaturarum : IX, 60 *ab*.

239. — quomodo se ingerat intelligentiis, ut intret æviternum earum per cognitionem : IX, 59 *a*, 148 *a*.

240. — est quædam manus, scribens in memoria ea quæ sensus percipit : IX, 145.

241. Animæ contemplantis excellentia qualis : IX, 128 *a*.

242. Quomodo anima apta fiat ad degustandam dulcedinem divinæ sapientiæ : IX, 9 *b*-10 *a*.

243. — est speculum, in quo potest seipsam, et in seipsa Deum videre : IX, 59 *a*; XIII, 396 *a*.

244. — est speculum, in quo describi indefinite potest rerum universitas mundanarum : VII, 233 *b*; IX, 127 *b*.

245. — speculum hominum et Dei, quomodo : XIII, 120 *ab*.

246. — est speculum sanctissimæ Trinitatis : IX, 38 *b*; XII, 10 *b*, 12 *b*.

247. — quomodo fiat speculum tersum cum sua opacitate : IX, 61 *a*, 88 *a*.

248. — quomodo per creaturas ascendere possit ad Deum : XII, 4 *a*-6 *a*.

249. Ascendit ad Deum per considerationem vestigii, imaginis, et primi principii : XII, 3 *b*.

250. Animæ potentiæ quomodo apprehendant res quæ sunt in mundo : XII, 6 *b*-7 *b*.

251. — ex cognitione sui manuducitur ad cognitionem Trinitatis : XII, 10 *b*-12 *b*, 14 *ab*, 15 *b*-16 *a*.

252. — ad quæ debeat per mentis exercitium se convertere : XII, 104 *a*-113 *a*.

253. — quomodo seipsam elevare possit supra se : VIII, 398 *b*.

254. — quomodo quæque cognoscat : VIII, 110 *ab*.

255. — cognoscit res præsentes per sensum, absentes per imaginationem, immateriales per præsentiam sui in semetipsa, seipsam per reflexionem sui super se : VIII, 114 *ab*.

256. — quare non possit naturaliter cognoscere an habeat gratiam sanctificantem et cætera supernaturalia : IV, 481 *ab*.

257. — qualem speciem rerum accipiat : III, 42 *b*.

258. Claritas cognitionis non est in potestate animæ, bene vero ardor affectionis : I, 38 *a*.

259. — debet ordinare actus suos fidei, sicut amoris, ad Deum : I, 38 *b*.

260. Animæ cognitio non est arctata, eo quod sit nata omnia cognoscere : I, 43 *a*.

261. Qualis proportio requiratur animæ ad Deum, ut possit eum cognoscere : I, 66 *b*.

262. Lumen naturæ non sufficit ad hoc, ut anima possit Deum videre : *ibid.*

263. Anima ad hoc ut cognoscat Deum, non abstrahit speciem a Deo, informatur tamen quadam similitudine non abstracta, sed impressa : I, 67 *a*.

264. Anima, cognoscendo Deum, conformatur ei, secundum quod convertitur supra se; secundum vero quod convertit se ad creaturas, recedit a perfecta ratione imaginis : I, 80 *a*; III, 170 *a*, 365 *a*.

265. — non movetur loco, nisi moveatur totum corpus, cujus est perfectio : I, 164 *b*.

266. Anima immobilis manens per influen-

B

C

669. — dicitur triticum : x, 175 *b*; xi, 424 *b*, 576 *b*; xiii, 107 *a*. Caro ejus quare dicatur simila : xiii, 196 *b*.
670. — dicitur hortulanus : xi, 512 *a*; xiii, 180 *a*, 274 *b*.
671. — petra, ex qua fontes gratiarum prodeunt : x, 76 *b*-77 *a*; lapis : ix, 188 *b*, 294 *b*; x, 40 *a*; xi, 137 *b*-138 *a*; xiii, 47 *a*, 195 *a*, 293 *b*-294 *b*.
672. — in Eucharistia est manna ob septem causas : x, 116 *ab*; cibus hominis : ix, 224 *b*; panis vivus : viii, 469 *b*-472 *a*; xi, 554 *ab*, 605 *a*-606 *a*; dapifer noster, quomodo : ix, 257 *a*. Per arcam fœderis figurabatur ob sex causas : 237 *a*. Est favus cum melle : viii, 394 *b*.
673. — in utero Virginis, velut in clibano, factus fuit panis vitæ, mediante igne Spiritus sancti : vii, 641 *a*; ix, 180 *a*, 209 *a*, 303 *b*, 564 *a*; fuit in cruce velut in sartagine, et in morte velut in craticula : 180 *a*, 564 *a*; in ara crucis coctus, ad mensam altaris sumendus : v, 494 *b*; ix, 209 *a*; xiii, 175 *b*. A Maria petendus iste panis : vii, 641 *b*.
674.— est agnus Dei, qui tollit peccata mundi ut Deus et homo : xi, 272 *a*, 535 *a*-536 *a*; xiii, 13 *b*, 132 *b*.
675. — desideravit agnum paschalem comedere, quare : ix, 241 *a*.
676. — est altare mysticum : ix, 271 *b*; x, 170 *b*; xiii, 355 *b*.
677. — fuit velut mare in duodecim partes distributum : x, 195 *b*.
678. — est aurum optimum : x, 199 *b*.
679. — comparatur grano sinapis : ix, 239 *b*-240 *a*; xiii, 377 *a*.
680. — est mystica scala Jacob : vii, 441 *a*; xi, 223 *a*; xii, 13 *b*.
681. — est ostiarius, et ostium Ecclesiæ et cœli : vi, 8 *a*; ix, 287 *ab*; x, 593 *b*-594 *a*; xi, 396 *b*-397 *a*, 567 *b*-568 *a*. Est omnium bonorum ostium, via et scala : viii, 394 *b*; xii, 13 *b*, 20 *b*.
682. — vitis demonstratur, et quomodo : xi, 455 *a*-456 *b*, 539 *b*, 586 *ab*; xiii, 89 *b*.
683. — est piscis assus, et panis, favusque mellis, ad quem invitantur fideles : ix, 294 *a*; xi, 235 *ab*, 522 *a*-523 *a*, 605 *a*-606 *a*.
684. — est flos : xiii, 63 *b*, 216 *a*; ager plenus floribus : 109 *b*.
685. — cœlum cœli : ix, 174 *b*, 278 *b*; firmamentum in medio cœli : 225 *b*. Firmamentum vel cœlum singulariter vocatur natura nostra a Christo assumpta : vii, 489 *a*-493 *a*; axis cœli, et quomodo : 477 *b*.
686. — et sancti quare dicantur filii unicornium : ix, 191 *a*.
687. Figura arcæ aptatur operibus Christi circa salutem hominum : xi, 64 *ab*; xiii, 237 *ab*.
688. — est brachium Dei : xi, 430 *a*.
689. — est pyxis in qua magnus thesaurus : xiii, 120 *a*.
690. — figuratus in Abel : ix, 230 *b*, *et* xii, 269 *b*; in Samsone : xiii, 218 *b*; in Jacob : 243 *a*; in Aaron : vi, 154 *a*; in Noe : xiii, 202 *a*; in Moyse et Davide : 203 *b*, 242 *a*; in Joseph vendito : 195 *a*, 357 *b*; xiii, 195 *a*, 203 *a*, 561 *a*; in Josue : xiv, 131 *b*-132 *a*.
691. — est eques : xiii, 223 *b*, 298 *a*.
692. — pretiosa margarita et vita animæ : xiii, 275 *a*, 441 *ab*.
693. — venator et piscator bonorum, diabolus vero et scandalosus malorum : xiii, 348 *ab*. — institor seu mercator, de cœlo asportans panem, sc. corpus suum : 101 *a*.
694. — botrus in torculari crucis : iv, 293 *a*, 560 *b*; xiii, 57 *a*.
695. — secundum naturam divinam, est faber, qui fabricatus est auroram, sc. Mariam, et solem, sc. Christum secundum naturam humanam : xiv, 265 *a*.
696. — est cithara in cruce : xiii, 168 *a*.
697. — sponte se subjecit legi circumcisionis, et quare : v, 321 *a*, 426 *b*; ix, 5 *b*. — quare impleverit præcepta moralia, addendo leges et consilia, judicialia temperaverit, cæremonialia et figuralia adimpleverit evacuando : ix, 5 *b*-6 *a*.
698. — ostenditur supremus hierarcha Ecclesiæ triumphantis et militantis : ix, 46 *a*-47 *b*.
699.— justus antonomastice vocatur : ix, 167 *a*; x, 17 *b*.
700. Christi vox multipliciter dicitur ob multiplices intentiones : xiii, 463 *a*; est vel orationis, vel doctrinalis, vel permissionis, vel comminationis : ix, 175 *a*.
701. Christi speciositas in quo consistat : ix, 212 *b*, 279 *a*. Apud Æthiopes ejus imago colore nigro depingitur, et diaboli albo : vii, 521 *a*. Quantum ejus aspectus lætificaret Mariam : xiii, 76 *b*.
702. — benedictus in utero, in mundo et in cœlo : ix, 212 *b*.
703. Christi conjunctio cum Ecclesia sponsa qualis : ix, 213 *b*. Quantum sponsam suam zelet Christus, et quare illam flagellet : 254 *a*.
704. Christi fimbria quænam : ix, 214 *a*.
705. — operans mysteria posuit prodigia super terram : ix, 215 *a*.
706. — quomodo dicatur calvus vel decalvatus : ix, 215 *b*.
707. — quot modis dicatur frater noster : ix, 217 *b*; xiii, 357 *b*.
708. Christi cibus est prædicatio verbi divini,

converti est surgere, in quo manere est consistere : VIII, 394 *a*.

40. Dei excellentia exponitur : VIII, 77 *a*.

41. — quomodo sit definibilis : I, 407 *ab*. Ipsius essentiæ explicatio spectat maxime ad Testamentum Vetus, bonitatis vero ad Novum : XII, 16 *a*. Essentia, seu esse primarium convenit Deo ex seipso ratione principii originantis, secundum seipsum ratione medii exemplantis, et in se ipso ratione termini quietantis : VII, 380 *a*; IX, 19 *b*; XII, 18 *a*. Ejus essentialia explicantur egregie : XII, 17 *a*-18 *a*. Quænam sint Dei propria, appropriata et communia : VII, 253 *b*-254 *b*; XII, 36 *a*-37 *a*. Divinæ essentiæ competit primitas imprincipiabilis, universalitas illimitabilis, et æquitas inobliquabilis : VII, 254 *b*; IX, 4 *a*; XII, 17 *b*. Sublimitas divini esse consistit in emanationibus et attributis : I, 11 *b*. Essentia divina est actus purus, carens omni compositione : I, 157 *b*, 161 *ab*; II, 154 *b*. Essentiæ divinæ simplicitas explicatur : I, 156 *b*-157 *a*, 158 *b*-162 *a*; II, 183 *a*; VIII, 77 *b*. Simplicior Deus est, quia est in omnibus non multiplicatus, quam si esset in uno solo : I, 159 *b*. Quomodo in Deo numerentur personæ, quamvis non numeretur essentia : I, 341 *a*.

42. Dei perfectiones et attributa expenduntur : VIII, 71 *b*-77 *a*; IX, 550 *b*. Sunt conditiones nobilissimæ divini esse : I, 11 *b*. Ad duodecim capita reducuntur : VII, 250 *a*. Imo reducuntur ad tria, sc. ad æternitatem, sapientiam et beatitudinem, et hæc tria ad unum, quæ sapientia est : VII, 250 *a*, 562 *a*, 566 *b*, 577 *b*; X, 83 *b*, 87 *a*, 88 *a*; XII, 36 *ab*. Ex parte effectuum connotant diversitatem : VI, 526 *b*. Dei unitas continet omnia alia attributa : IV, 547 *b*.

43. — cum sit primum principium, habet in summo proprietates entis, quæ sunt unum, verum et bonum : VII, 234 *b*, 254 *a*. Quomodo sit supra omnem materiam, omne materiatum et omne creatum : IX, 206 *b*. Unitas, veritas et bonitas in Deo explicantur, et quid importent : I, 388 *a*-397 *b*; VII, 254 *a*. Unitas verius competit Deo quam creaturis : I, 389 *b*. Bonitas est fundamentum omnium emanationum ad intra et ad extra : XII, 18 *b*-19 *a*. Veritas, immutabilitas et simplicitas sunt ratio sufficiens distinguendi increatum a creato : I, 143 *a*. Veritas, quatenus dicit indivisionem actus et potentiæ, similitudinem puram, et expressionem luminis non permixti obscuritate, est proprietas divinæ essentiæ : I, 146 *b*. In quonam conveniat cum veritate creaturæ : *ibid.*

44. — est immutabilis respectu formæ, loci et temporis : I, 150 *b*-152 *b*; VIII, 75 *b*-76 *b*; IX, 163 *a*, 265 *a*. Nunquam retractat suam sententiam definitivam : IV, 470 *b*. Immutabilitatem non tollit nova actio Dei respectu creaturarum : I, 152 *ab*. Divinum consilium in se est immutabile, mutabilis tamen est effectus : V, 288 *a*. Invariabilitas et immutabilitas omnimoda solius est Dei : I, 154 *ab*.

45. Dei immensitas in quo consistat : II, 39 *a*-41 *a*; VII, 252 *b*, 381 *a*; VIII, 73 *b*-74 *b*; XII, 17 *b*-18 *a*. Deus est in omnibus rebus, et quidem immediate, et omnia sustinet : II, 39 *a*-41 *a*; IV, 48 *b*. Solus est ubique, sed non localiter : II, 39 *a*-42 *a*, 51 *a*-55 *a*. Quare dicatur esse in cœlo, et non in inferno : IX, 161 *ab*, 189 *a*; XII, 694 *b*. Quomodo dici possit Deus fuisse ubique ab æterno : II, 44 *a*-45 *b*. Quidnam importet præsentia Dei ad res : II, 39 *a*-42 *a*, 45 *b*-48 *b*, 137 *b*. Deus est in rebus omnibus æqualiter, præscindendo ab effectibus; inæqualiter vero, si connotentur effectus : 46 *b*. Deus est præsentialiter, potentialiter et essentialiter in omnibus : II, 47 *b*; VII, 252 *b*, 381 *a*; XII, 17 *b*-18 *a*. Est in rebus vel ut conservans, vel ut immutans : II, 341 *a*. Ubique est per essentiam, præsentiam et potentiam, in sanctis per gratiam, in Virgine fuit per conceptionem, in Christo est per unionem, in Patre per identitatem : IX, 293 *a*. Dei præsentialitas ad res non respondet essentialiter operationi, ratione causalitatis aut vestigii, sed substantiæ : II, 48 *b*. Deus non est præcise in loco per operationem : *ibid.*, *et* 39 *b*-45 *b*. Dicitur esse in rebus vel per modum naturæ, vel per modum gratiæ et gloriæ, vel per modum unionis : I, 353 *a*; II, 47 *b*-48 *a*, 53 *b*; III, 271 *a*-273 *a*; V, 458 *b*; VIII, 74 *a*; XI, 273 *a*. Deus proprie in se non admittit aliquid quod sit materiale vel formale : I, 545 *a*.

46. Deus est in se ut alpha et omega, in mundo ut creator et rector, in angelis ut sapor et decor, in electis ut liberator et adjutor, in reprobis ut terror et horror : II, 38 *a*. Deus unitur rebus creatis non per dependentiam aut concomitantiam, sed per præsentiam tantum : II, 55 *b*-56 *b*. Deus est in loco per præsentiam et indistantiam, sed non localiter, neque est localis, neque mutabilis a loco : II, 41 *a*-42 *a*, 51 *a*-55 *a*. Dicitur esse hic vel illic, sc. demonstrative, non vero discretive : 52 *a*; totus hic vel illic, sed non totaliter : *ibid. inferius*. Non est mutabilis secundum locum : 52 *b*-53 *b*. Nec per se, nec per acci-

mala per rectitudinem suam, non vero per exemplaria ipsorum malorum, cum malum nihil aliud sit quam privatio : I, 120 *a*; II, 21 *a*, 27 *b*-30 *b*, 67 *b*, 68 *a*, 205 *a*; VIII, 83 *b*. Quomodo dicatur non nosse malos : II, 82 *b*. Quo sensu scientia Dei respectu cognitorum possit augeri : 84 *a*. Deus eadem cognitione cognoscit se, et alia a se : 85 *b*, 86 *a*-87 *b*, 122 *ab*. Quomodo cognoscat simul duo contradictoria : II, 89 *b*. Cognoscendo se, cognoscit omnia, quia est omnium causa exemplaris; sed diligendo se non vult aut diligit omnia, quia voluntas est causa actualis : 175 *ab*, 181 *a*. Deus est omnisciens et omnipotens, sed dici non debet omnivolens : 180 *a*. Cognitioni Dei activæ respondet cognosci Deum a seipso passive, quod non est aliud realiter, sed secundum modum tantum : 95 *b*. Deus multa cognoscit quæ sunt in ipso, sed non ex ipso, nec per ipsum : 21 *a*. Quomodo cognoscat per modum complexionis et compositionis : 122 *a*. Dei scire per simplicem apprehensionem, et scire per assensum, quomodo differant : 123 *b*-125 *b*. Quomodo dici possit non cognoscere omnia enuntiabilia : 124 *ab*. Dei cognitio an sit dicenda universalis, an vero particularis : 10 *b*.

Vid. Approbatio, n. 1, 2, Cognitio, n. 28-29, 31, 37-40, 77, Creatura, n. 18, 31-37, 46, Idea.

70. Deus scit adversa quæ sustinemus, necessaria quibus indigemus, merita quæ habemus, tempora quæ timemus, stipendia quæ recipiemus : XIII, 265 *b*-266 *a*.

71. Dei sapientia quare dicatur aliquando lux, aliquando speculum, vel exemplar, vel liber vitæ : VII, 255 *a*. Quare dicatur mulier : X, 7 *a*. Quare sit essentialis, et præcedat generationem : I, 448 *b*. Sapientia in divinis quomodo dici possit nata : I, 456 *b*. Dei sapientia, potentia et misericordia exaltantur in deputatione angelorum ad nostram custodiam : II, 507 *ab*.

72. Dei cognitio non connotat effectum in creatura, sicut dilectio : V, 36 *b*. Deus videt omnes notitia generali, bonos in gratia spirituali, malos in ira judiciali, beatos in gloria æternali : XIII, 247 *a*-248 *b*.

73. Dei sapientia et justitia quomodo differant, et quid connotent : VI, 526 *b*-527 *a*. Dei sapientia connotat ordinem, at non effectum in creatura, sicut connotat misericordia : VI, 530 *b*.

74. Dei sapientia quomodo per cognitionem numerorum possit investigari : XII, 9 *a*-10 *b*.

75. Dei sapientia, bonitas et potentia licet in Deo sint unum et idem, tamen interest aliqua distinctio, et quomodo : I, 367 *b*-368 *a*, 369 *a*, 371 *b*. Quomodo differant, et summum bonum constituant : 543 *b*.

76. Magnitudo in Deo, et bonitas significant divinam essentiam per modum quantitatis et qualitatis : I, 157 *ab*.

77. Voluntas in Deo recognoscenda est, tum ob summam Dei potestatem, tum ob summam ejus felicitatem, æquitatem et liberalitatem : II, 178 *ab*; VIII, 85 *b*. Voluntas in Deo est per omnimodam indifferentiam seu indistantiam substantiæ, virtutis, actus et finis : II, 178 *b*. Velle Dei duo importat, sc. actum divinum, et ordinationem effectus ad illum actum; illud æternum est, hoc vero temporale : 78 *b*. Voluntas Dei non est melior si se extendat ad plura, quam si sit ad pauciora, quare : 181 *b*. Quomodo sit causa rerum, modo conjungat effectivum, sc. bonitatem cum fine : 183 *ab*. Est immediata causa rerum, cum sit causa prima, universalissima et actualissima : II, 185 *a*. Voluntas, licet in Deo sit idem cum essentia, tamen distinguitur secundum modum significandi, et quomodo : 183 *a*. Voluntas Dei in causatione rerum quomodo se habeat ad potentiam et sapientiam : 183 *b*-184 *a*. Velle Dei est posse, unde nobilius est ipsi agere per voluntatem, quam per naturam : 184 *a*.

78. Cognita perfecte voluntate Dei, nihil aliud desiderandum est : II, 185 *b*. Deum habens, habet omne bonum : VI, 507 *b*; X, 511 *b*, 559 *a*, 562 *a*. Ubi non est, deficit omne bonum : VII, 649 *a*; XI, 447 *a*, 554 *b*, 557 *a*; XII, 695 *ab*.

79. Voluntas Dei est una in Deo, sed multiplex quoad connotata, ut, v. g., alia est signi, alia beneplaciti : II, 182 *a*-188 *b*; III, 454 *a*; V, 5 *a*; VII, 257 *a*. Item alia est antecedens, seu conditionata; alia consequens, sive absoluta : I, 121 *b*; II, 104 *a*-105 *b*, 117 *b*, 198 *ab*, 210 *b*, 213 *b*, 396 *a*; V, 5 *a*. Signa divinæ voluntatis quomodo sint voluntaria et naturalia : II, 187 *ab*. Voluntatis divinæ signa reducuntur ad quinque : II, 187 *b*-188 *b*; VII, 257 *a*, *b*, 382 *b*. Voluntas beneplaciti in Deo connotat ordinationem rei ad eventum, et omnium ad salutem : II, 188 *b*; VII, 257 *b*. Voluntas Dei respectu mali se habet per modum detestantis; per modum vero approbantis est respectu boni ex malo eliciti : II, 188 *b*, 194 *b*.

80. Deus vult omnes homines salvos fieri voluntate antecedente : II, 197 *b*-198 *b*, 393 *a*. Voluntas, respectu voliti, vel consideratur ut in ratione approbantis, vel ut in ratione producentis; hæcque, si est principium distinctum a natura, dicitur in Deo antece-

omni modo quo potest : I, 59 *a*. Hinc ei communicat quidquid habet, sed non personam, sive rationem communicandi : 59 *ab*. Filius etiam dicitur Imago et Verbum, sc. Filius a vi naturæ, Imago per modum expressivum, et Verbum, quia est aliis expressivum : I, 313 *b*, 442 *b*-444 *b*; VII, 233 *b*; IX, 20 *a*. Sed Filius dicitur magis proprie : I, 441 *b*. Quare approprietur Verbo ratio veritatis et exemplaris : 64 *b*. Quare dicatur sapientia genita : 77 *b*. An in divinis sapientia sit quid essentiale, an vero proprium : 441 *ab*. Verbum dicitur genitum, non factum ; sed Christus genitus et factus : IV, 6 *b*. Verbum divinum non nascitur naturali tantum necessitate, sicut evenit nobis : I, 121 *b*. Verbum in nobis est accidens, in Deo est substantia : 190 *b*. Verbum divinum includit notitiam seu cognitionem intelligentis se Patris, conceptionem seu generationem similitudinis, et expressionem imaginis; sub primo respectu est sapientia genita, sub aliis est Filius, Imago, et Verbum, quod dicit hæc omnia, et superaddit rationem exprimendi et manifestandi : 445 *a*-447 *b*, 450 *ab*. Verbum quam convenienter sit translatum ad divina : 450 *b*. Ubi est cognitio in Patre, necesse est ut sit emanatio sive generatio Verbi : IX, 81 *b*. Verbum divinum dicitur dupliciter, sc. vel mente concipiendo se ipsum, vel exprimendo se exterius per creaturas; primo modo est Verbum increatum, secundo vero Verbum creatum : I, 443 *b*-444 *a*. Dicere, respectu Verbi creati, est essentiale et commune tribus personis; prout vero dicit respectum æternum, est proprium Patris : 444 *a*. Verbum divinum dicit respectum ad Patrem, connotatque respectum ad creaturam per modum exemplaritatis dispositivæ, et virtutis operativæ, in potentia et in habitu, non in actu : 444 *b*-447 *a*. Verbum divinum, licet importet respectum ad creaturas in potentia, non dicitur tamen Verbum creaturæ, cum formaliter dicat de se respectum solummodo ad dicentem : 447 *a*. Ideo Verbum divinum æternum est, quia impossibile est Deum nescire suum opus : 446 *b*. Sapientia in divinis præcedit expressionem Verbi, et ob id est essentialis tribus personis; in nobis vero similitudo concepta præcedit sapientiam, quia hæc ab illa producitur : 448 *b*. Verbum divinum habet omnipotentiam, sicut et Pater; sed omnipotentiam non dicit ratione sui nominis : *ibid. superius*. Verbum divinum non producitur formaliter ex cognitione creaturarum quoad scientiam visionis, sed tantum simplicis intelligentiæ, quare : 446 *ab*. Verbum divinum est fons sapientiæ, sc. creatæ : 448 *b*. Verbi nomen translatum est ab humanis ad divina tum propter similitudinem, tum ob instructionem nostram : 449 *b*. Verbum divinum ratione originis dicitur Filius, ratione præconceptionis dicitur mundus archetypus, ratione unionis dicitur homo factus : 450 *a*. Verbum unde dicatur Dei virtus et sapientia : 446 *a*. Quomodo per Verbum omnia dicantur facta : 444 *b*. Verbum divinum ducit in cognitionem Patris : IX, 19 *a*. Filii Dei appropriata sunt veritas, species, ratio exemplandi, et sapientia : VII, 234 *ab*, 382 *a*. Item æqualitas : VIII, 81 *ab*.
Vid. VERBUM INCREATUM.

100. De missione temporali Filii agitur : I, 259 *a*-261 *b*, 269 *b*-271 *b*. Dei Verbum humanandum in Veteri Testamento præsagiebatur figuris, præmonstrabatur exemplis, promittebatur patribus, prædocebatur documentis, et prophetabatur oraculis : IX, 14 *b*. Generatio temporalis Filii, et æterna, quomodo non sint ab eodem principio : I, 232 *b*.

101. De circumincessione divinarum personarum, *vid.* CIRCUMINCESSIO.

102. Spiritus sancti processio æterna expenditur : I, 123 *a*, 185 *a*-197 *b*, 199 *a*-207 *b*, 209 *a*-216 *b*, 219 *a*-229 *b*. Item processio temporalis : 232 *b*-241 *b*, 245 *a*-261 *b*, 264 *a*-271 *b*, 278 *b*-300 *b*, 304 *b*-315 *b*. Processio Spiritus sancti potest considerari in ordine ad personam ad quam est, ad principium a quo est, et ad generationem a qua differt : 184 *b*. Nomen processionis quam vim habeat, et quare magis aptetur Spiritui sancto, quam Filio : 200 *b*-207 *b*, 221 *b*-223 *a*, 235 *a*. Exemplo fluvii explicatur : 9 *b*. Temporalis et æterna quomodo differant : 235 *a*. Quomodo processio differat a generatione : 225 *ab*, 232 *b*. Processio æterna Spiritus sancti est per voluntatem comitante natura : 123 *a*. Ob id assimilat in natura : 188 *b*-189 *a*. Est per modum liberalitatis, charitatis et amoris : 187 *b*-192 *b*.

103. Amor in creaturis nominat habitum et accidens; in divinis autem substantiam, et cum dicat egressum, dicit hypostasim : I, 191 *a*. Quomodo amor sit proprium Spiritus sancti, et in quo sensu sit communis tribus personis : 193 *b*. Charitas sumpta essentialiter est communis tribus; notionaliter convenit Patri et Filio propter concordiam in spirando; personaliter, Spiritui sancto : *ibid.*

104. Spiritus sanctus quomodo sit nexus Patris et Filii : I, 194 *a*-195 *b*, 204 *a*.

105. Quare Spiritui sancto assignetur hoc nomen *Spiritus*, et quot modis : I, 195 *b*-197 *b*, 447 *a*. Spiritus, prout dicitur a spiritualitate, dicitur absolute, et convenit toti Trinitati ; prout dicitur a spiratione, sic importat affectum et amorem ; et quia est quid relativum, est proprium Spiritus sancti : I, 196 *ab*.

106. Spiritus sancti processio a Patre et Filio exponitur contra Græcos : I, 200 *b*-207 *b*. Spiritus sanctus, si non procederet a Filio, non distingueretur ab eo : 201 *b*. Pater et Filius sunt unum principium spirans, quia eadem voluntas et fœcunditas in utroque : 205 *a*-207 *b*. Non tamen dicendi sunt unus spirator, quare : 476 *b*. In quo sensu dici possit Spiritus sanctus prius a Patre procedere, quam a Filio : 211 *a*-212 *a*. Spiritus sanctus non plenius, seu perfectius, procedit a Patre, quam a Filio : 212 *a*-213 *a*. Filius habet auctoritatem, simul et subauctoritatem respectu spirationis, quomodo : 213 *a*. Quomodo Spiritus sanctus procedat immediate a Patre, mediante tamen Filio : 213 *a*-214 *b*. Processio Spiritus sancti tripliciter præsertim differt a generatione Filii, sc. quia generatio est ab uno, illa autem a duobus; tum quia hæc est emanatio per modum perfectæ assimilationis, illa per modum connexionis ; demum quia generatio respicit secundum, spiratio vero, ut nectens, respicit tertium : 225 *a*-227 *b*. Processio Spiritus sancti quomodo comparetur processioni locali et causali : 222 *b*-223 *a*. Spiritus sanctus in quo sensu dici possit ingenitus : 228 *a*-229 *b*. Dicitur Spiritus in ordine ad vim spirantem, Amor in ordine ad modum emanandi, et Donum in ordine ad nos : 313 *b*. Spiritus sanctus absolute prolatus importat nomen personale : 447 *a*. Spiratio non dicit propriam relationem constituentem Patrem : 462 *a*. Processio quartæ personæ a Spiritu sancto per modum amoris non datur, quare : 191 *a* ; nec per modum artis, sive rationis : 189 *a*. Processio Spiritus sancti, et productio creaturarum qualiter differant : 188 *b*.

107. Processio temporalis, et æterna Spiritus sancti sunt ab uno principio, et una inservit ad manifestationem alterius : 232 *b*. Processio vel est sicut in objectum ad quod protenditur, et sic est processio æterna ; vel sicut in susceptivum in quo recipitur, et sic est temporalis : 235 *a*, 237 *a*, 247 *a*, 249 *a*, 250 *a*, *b*. Processio temporalis includit emanationem æternam personæ, et emanationem temporalem gratiæ : 236 *a*, 237 *a*. Processio temporalis et æterna non geminat subjectum, sed geminatur ipsa : 236 *b*-237 *a*, *ab*. Processio, spiratio et generatio qualiter differant : I, 235 *ab*. Processio dicitur analogice de æterna et de temporali, non vero univoce neque æquivoce : 236 *b*-237 *a*.

108. Est alia processio temporalis minus propria, sc. Spiritus sancti dantis se ipsum animabus quas sanctificat, ita ut videatur procedere a seipso : 246 *a*, 247 *a*. Spiritus sanctus datur in propria persona cum gratia sanctificante : 237 *b*-238 *b*, 258 *b*. Spiritus sanctus a solo Deo potest effective dari, ministerialiter vero a bonis et malis, imperative autem a bonis tantum : 239 *a*-240 *b*. Spiritus sanctus quotupliciter amet sanctificare animam : 232 *b*. Spiritui sancto quænam virtus approprietur in sanatione et sanctificatione animæ : 233 *a* ; et in extinctione sitis spiritualis : 233 *b*. Spiritus sanctus quoties datus sit a Christo, et quot modis : 233 *ab*.

109. De missione personarum divinarum agitur : I, 246 *b*-247 *a*, *b*-261 *b*, 267 *b*-271 *b*. Patri convenit missio activa, non passiva : I, 251 *a*-252 *b*. An Pater possit mittere seipsum : I, 253 *a*-254 *b*. An missio activa possit esse totius Trinitatis : I, 252 *b*-255 *a*. An Filius vel Spiritus sanctus possit mittere seipsum : *ibid*. An alteruter missus sit ante Incarnationem : 256 *ab*. An missio Spiritus sancti sit secundum dona gratiæ gratis datæ, vel gratum facientis : 257 *b*-259 *a*. An Filius et Spiritus sanctus secundum eadem dona gratiæ mitti dicantur : 259 *a*-260 *a*. An Filius et Spiritus sanctus ad eadem dona gratiæ augmentanda mittantur : 260 *a*-261 *b*.

110. Quare Deus apparuerit aliquando in forma corporali : II, 430 *a*. Id facit ministerio angelorum : 501 *b*. *Vid*. APPARITIO, n. 1-12.

111. Spiritus sanctus quomodo dicatur mitti temporaliter : I, 257 *b*-261 *b*, 267 *b*-271 *b*, 290 *a*, 306 *a*-309 *b*, 311 *a*-315 *b*.

112. Nomina essentiæ et substantiæ in divinis considerantur : I, 378 *b*-384 *a*.

113. Nomina, sc. unus, duo et tres in divinis quomodo importent quid positivum cum privatione : I, 388 *a*-391 *b*. Nomina numeralia in divinis dicuntur secundum relationem, et notiones important : 393 *b*-394 *b*, 396 *a*-397 *b*. Important unitatem et pluralitatem, et quomodo : 395 *a*-396 *a*.

114. Nomina identitatis et alietatis in Deo simul recipiuntur, quia non se habent ad idem : I, 93 *a*.

115. Personæ nomen quam convenienter ad divina translatum sit : I, 375 *a*, 377 *a*-378 *b* ; IV, 229 *a*. Personæ definitio datur, et assignantur ejus tum etymologia, tum natura, et conditiones, quatenus ad divinas personas

spectant : I, 401 *a*-412 *b*. Persona, cum sit rationalis naturæ suppositum proprietate distinctum, principalius importat substantiam, secundario relationem : 403 *a*-406 *a*. Personæ incommunicabilitas qualis : 408 *ab*, 409 *a*-411 *a*, 412 *b*. Persona divina de sui ratione excludit compositionem, non vero creata : 407 *b*. Persona, ut sic, an admittat aliquam communitatem abstractam respectu personarum divinarum, atque etiam respectu creatarum : 347 *b*-349 *b*, 394 *b*, 409 *a*-412 *b*, 437 *b*-439 *a*. Personæ divinæ nominantur diversis nominibus dicentibus respectum, et quomodo : 447 *ab*.

116. Habitudo potest esse personæ divinæ ad personam, vel essentiæ ad creaturam; prima est vera relatio, secunda est tantum secundum modum dici, seu intelligendi : I, 131 *b*.

117. In divinis personis necessario debent recognosci proprietates, relationes et notiones, sc. proprietates quæ conveniunt uni soli, relationes quæ dicunt habitudinem unius ad alteram, et notiones, seu principia cognoscendi : I, 426 *a*-427 *b* ; VII, 233 *b* ; VIII, 78 *a*.

118. Qualis differentia statuenda sit inter propria et appropriata : VII, 233 *b*, 234 *a*. Proprietates, relationes et notiones se habent ad invicem, quantum ad numerum, tanquam excedens et excessum : I, 426 *b*-427 *b*. Omnis notio est proprietas vel relatio, et omnis proprietas est relatio, et vice versa : 427 *a*.

119. Qualiter in divinis proprietas et essentia differant : I, 533 *a*.

